

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Confessio x
cum fonte primo

O ingeniosa simplicitas et mille
tergiuersacionibus cautior puritas
manifestare delictum!

Cassiodorus super illud Psalmi:
Beati quorum.

O ingeniosa simplicitas et mille
tergiuersatoribus cautior puritas!
Illi dicitur delictum fuisse manifestatum,
cui nihil occultum est,
ad quem plus clamat causa quam lingua;
qui esti ab homine non audiat,
certius omnia nouit quam ille qui facit.

Aurelius Cassiodorus, *Expositio*
Psalmorum, 31.5 (CCSL 97, pp.227-8,
ll.134-138).